



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.50. Felicis & Elipandi Hæresis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Augustum anno 790. mense Octobri In-
 dictione decima quarta pronunciant. Sæcul. VIII.
A. C. 790.

Verum mense Januario anno septin-
 gentesimo nonagesimo secundo Indictio-
 ne decima quinta Matris blanditiis & O-
 ptimatum quorundam suasionibus ite-
 rum eo adductus est Constantinus, ut
 eam Imperatricem appellaret, & in fron-
 te Actorum Constantini & Irenis nomi-
 na sicut in principio Regni sui poni pa-
 teretur. p. 349.

Constantinum, Principem levem &
 inconstantem, astrologorum fabulis fidem
 habentem, aliquis de eorum censu, no-
 mine Pancratius, impulit, ut cum Bulgar-
 ris temere dimicaret; a quibus cladem p. 395.

accepit, multis viris militaribus primi
 ordinis & ipso Pancratio in prælio cæsis.
 Constantino Imperante mense Decembri
 anno 790. exortum Constantinopoli in-
 cendium Palatii Patriarchalis partem &
 præter alia illum locum, in quo autogra-
 phum Commentarii S. Joannis Chryso-
 stomi in S. Scripturam asservabatur, con-
 sumpsit. Cedr. to. 2.
p. 472.

§. L.

Felicis & Elipandi Hæresis.

Interim in Hispania nova Hæresis rem
 Christianam turbabat. Cum Elipan-
 dus, Cixilæ in Sede Toletana Successor,
 Felicem Episcopum Urgellensem olim Eginart. au-
nal. 792.

Ll 4

Magi-

Sæcul. VIII. Magistrum suum consulisset, qua ratione
A.C. 790. JESUM Christum confiteretur esse Dei Fi-
 lium, an Filium Naturalem diceret, an
 Adoptivum. Felix respondit, JESUM
 Christum secundum Naturam Humanam
 solummodo adoptivum & nuncupative
 id est nomine tenus Filium Dei esse. E-
 lipandus hoc Responso accepto istam Do-
 ctinam in Asturia & Galæcia sparsit, Fe-
 lix autem ultra Pyrenæos in Septimania,
 quæ ferme nostra Occitania est. Præ-
 terea Elipandus Ascaricum Archiepisco-
 pum Bracarensem & quosdam Christia-
 nos Civitatis Cordubensis ad hanc Sectam
 pertraxit.

Cod. Car. 97. Hoc novo errore ad Hadrianum Pa-
 pam delato, ad omnes Hispaniæ Episco-
 pos dedit Epistolam, qua eos exhortatur,
 ut a veneno sibi caveant, & in Doctrina
 Ecclesiæ constantes permaneant. *S. Pe-*

Matth. 16. *trus, inquit, JESUM Christum Filium*

Rom. 8. 32. *Dei vivi confessus est. Et S. Paulus di-*
cit, Deum proprio Filio suo non pepercisse.
 Tum Auctoritatem multorum Patrum
 Latinorum Græcorumque refert, ut pro-
 bet, nomen filiorum adoptivorum Chri-
 stianis quidem, sed non JESU Christo
 convenire. In eadem Epistola de qui-
 busdam aliis abusibus in Hispania vigen-
 tibus questus movet. Aliqui Festum Pa-
 schale ultra terminos in Concilio Nice-
 no præscriptos differebant, cujus Sectæ
 Aucto-

Auctores erant duo Episcopi Migetius Sæcul. VIII.
 & Egila. Alia Secta erat illorum, qui A. C. 790.
 sanguinem porcorum & carnes animalium suffocatorum manducare nolentes ignorantia accusabant, licet omnes ferme in Hispania Christiani ab illis escis abstinere solerent. Papa ejusmodi escas manducantes declarat esse anathematizatos. Alii Prædestinationis Mysterium non capientes libertatem hominis negabant, aut eidem depressa Gratia virtute nimium favebant. Alii mores Judæorum aut Paganorum, nempe Musulmannorum, imitantes conjugia cum iis inibant. Quædam mulieres maritis vita fruentibus ad alias nuptias transibant. Presbyteri sine examine ordinabantur. Multique alii abusus in Ecclesias Hispania irreperant, quorum malorum causa sine dubio Arabum Dominatus erat. Egila, cujus in hac Epistola fit mentio, e- Ead. ep. 97.
 rat Episcopus Illiberitanus in Betica, quondam ordinatus a Villicario Archiepiscopo Senonensi, cui Papa, cum Egilæ fidem moresque apud se dilaudasset, id mandaverat.

§. LI.

Beatus & Etherius Elipando resistunt.

Elipandus Archiepiscopus Toletanus, vit. S. Beati.
 ut huic Epistolæ Summi Pontificis to. 5. Act. Be.
 L 1 5 morem p. 739.